



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1859**

XLVI. Burggraf Friedrich bestätigt das Johannis-Stift auf dem Schlosse zu Tangermünde, am 8. Dezember 1412.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54934)

XLV. Verzeichniß der Reliquien und Kostbarkeiten des Johannis-Stifts auf dem Schlosse zu Tangermünde, die Markgraf Jobst nach Mähren entführt hat, ungefähr vom Jahre 1412.

De una gutta sanguinis Ihesu Cristi in Cristallo oblongo ad longitudinem unius digiti et de super est lapis preciosus rubeus pendens a Cathena argentea.

Item una pars de ligno sancte Crucis in longitudine unius digiti cum medio in cruce de puro auro in longitudine quasi trium quartalium unius ulne ornata lapidibus preciosis.

Item de cerebello sancti Johannis Baptiste in capite aureo infixo in scutella aurea ornata apidibus preciosis in qua ex una parte capitis habet ymago Imperatoris et ab alia parte capitis ymago Imperatricis de auro puro felicis recordacionis.

Item de Sarracio Sancti Johannis Evangeliste, in quo bibit venenum, cum monstrancia aurea in longitudine admodum unius pedis quasi.

Item Cor sancti Georgii in parva monstrancia pendente in cathena argentea.

Item digitus sancti Serbonii in digito argenteo inaurato.

Item unus magnus calix totus de puro auro, que dominus noster Karolus pie memorie ibi dedit ad ecclesiam et collegium.

Supraascriptas reliquias exceptis aliis, quorum nomina ignoramus, dominus Jodocus Marchio Moravie pie defunctus de Castro Tangermunde alienavit et ad moraviam deportavit in detrimentum ecclesie Tangermundensis magnum etc.

Nach G. B. v. Hammer's Notiz aus dem Geh. Staatsarchive.

Anmerkung. Wie Kaiser Karl IV. Tangermünde mit solchen Kostbarkeiten auszustatten sich bemüht hatte, ist schon von Küster nachgewiesen, indem er aus dem Chronicon Engelhusii, Tom. II. Scriptorum Brunsvicensium Leibnitii p. 1128 folgende Stelle: Carolus IV. Imp. petiit et recepit reliquias B. Georgii martyris, item cor et lanceam a Monasterio, quod nunc Marienrode dicitur, que nunc esse dicuntur adhuc in castro Tangermunde; und aus dem Chronicon Marienrodensi, Tom. II. Scriptorum Brunsvicensium Leibnitii p. 442 diese Worte hervorhebt: Carolus IV. Rom. Imp. qui tunc tenuit curiam in Tangermunda super Albim, audiens desolationem lamentabilem huius monasterii nostri propter nimietatem debitorum, simulque de reliquiis beati Georgii Martyris, quas ecclesia nostra ab antiquo possidebat, petiit Dominum Hinricum Abbatem et Dominum Gerardum Episcopum Hildeshemensem pro huiusmodi reliquiis vt sibi darentur. Erant autem reliquie iste cor et lancea eiusdem martyris. Quas cum tandem de consensu conuentus et Abbatum Ordinis, consilioque Domini Gerardi Episcopi Imperator oblatas humiliter acceptasset, precepit iterum et de manu eiusdem sancti, quam et magis omnibus alias habere concupiuit. Sed nolentibus Domino Episcopo, qui tunc presens erat in curia regis et Abbatibus per gratiam Dei manus ipsa nobis permansit vsque in hodiernum diem. (Küster's Deutw. S. 151.)

XLVI. Burggraf Friedrich bestätigt das Johannis-Stift auf dem Schlosse zu Tangermünde, am 8. Dezember 1412.

Nos Fridericus, Dei gracia Burggravius Nurembergensis, Marchie Brandenburgensis summus Prouisor. Cum omnium rerum universalis opifex ad laudem et gloriam nominis sui, iuxta plenitudinem sue maiestatis ex nichilo cuncti potenter condiderit uniuersa, perfertim tamen hominem ad ymaginem suam creando pre ceteris creaturis remuneravit gracioso, sibi rationem et

intelligenciam tribuens, Vnde inter bonum et malum sylogifando discerneret et principaliter creatorem suum obsequiis solemnioribus memoriter colendo infilteret gloriose, sub premifforum digna consideratione illum fatemur merito collaudandum celestem principem cuius cuncti potenti arbitrio incunctanter principes subiicuntur universi. Hinc est quod in nostra constituti presencia Honorabiles prepositus et Capitulum Ecclesie Sanctorum Johannis Baptiste et evangeliste, seu Capelle Imperialis Tangermundensis, Halberstadenfis Dyoecesis, nobis humiliter supplicarunt, quatenus eisdem omnes libertates, donaciones, appropriaciones et incorporaciones per Marchiones Brandenburgenfes factas confirmare, approbare et ratificare dignaremur. Nos qui zelo devocionis moti et facultate nobis divinitus tradita, quantum in nobis est, Ecclesiastice dignitatis honores amplificare cupientes, omnes litteras donaciones, appropriaciones et incorporaciones, quas hactenus a Marchionibus Brandenburgenfibus obtinuerunt et obtinent, eciam autorifamus, approbamus, ratificamus, approbavimus et Dei nomine autorifamus, approbamus, ratificamus et confirmamus per presentes. In cuius rei evidens testimonium presentem nostram litteram nostri sigilli appensione fecimus commuairi. Datum Tangermunde, in festo Conceptionis beate Virginis Marie, Anno Domini Millefimo quadringentesimo duodecimo.

Gerdens Dipl. II, 301—303.

XLVII. Burggraf Friedrich stellt einer zur christlichen Religion übergetretenen Jüdin einen Empfehlungsbrief aus, circa 1413.

Fridericus, dei gracia Burggravius Nurembergenfis, Marchie Brandenburgenfis summus provisor, universis et singulis, ad quos presentes perveniunt, favorabilem in omnibus etc. Cum — — ad catolice vite lumen revocata et omnem profecto Cristicolam — — gratulari eamque nichilominus caritativis de hoc prosequi affectibus dignum arbitremur, sane itaque Margaretham exhibitricem presentium, Judaice pravitatis detestanda — — excecatos oculos nuper infinita domini pietas, que neminem vult perire, — — ipsam per sacri Baptismatis ablucionem numero fidelium aggregavit, vobis et cuilibet vestrum — — recommendandam et presentium recommendamus — — vestrum quemlibet exhortantes in domino, ut saltem catolice et orthodoxe fidei — — eiusdem fidei professi proficere desiderat ne fides ipsa ad defectum temporalium, quod absit, in ea — —.

Anmerkung. Nach Georg Wilhelm von Haumers Notiz, dem wir die Mittheilung dieses interessanten Fragmentes zu verdanken haben, war die Empfohlene eine Jüdin aus der Altmark, wahrscheinlich aus Tangermünde.